

"NOBILIS" RES GESTA!

Natus Lauri (in Abellini provincia) in 1885, frequentavit, post lycaeam classicam, Universitatem scholamque Architecturae Neapoli.

Agens annum secundum, secutus est parentes in vicum Sancti Angeli Langobardorum.

Ibi, glacies spectans in fenestris pendulis, fingebat articas regiones gelu opertas et sese iam videbat triumphantem in summo Polo.



Itaque, post studia ordinis supremi de Aeronautica Scientia et varia experimenta gesta cum peritis e Russia et Nationibus Unitis Americae, se intende paravit ad auspiciatam et gravem missionem: volatus in Articas terras usque ad Polum perveniendum.

Quod fieri annis sequentibus destinatum profecto erat.

Duae fuerunt enim missiones, in 1926 et in 1928, quibus intererant e Russia, America Septentrionali Norvegiaque iuvenes exploratores.

In prima, cum dirigibile "Norge", Roma proficiscens, pervenit ad terras inexploratas cum dirigibile "Norge".

Rediens in Italiam, acceptus est ut heros Novi Eboraci ab Italica communitate, necnon a Presidenti Americano.




In secunda cum dirigibile "Italia" pervenit ad ipsum Polum Septentrionalem.

Ibi demisit e dirigibile, inter gaudii clamatus, vexilla




**Italianum Norvegenseque et crucem a Pont. Max. Pio XI donatam.
Impressa in vexillo erant dicatio et viaticum bonae fortunae in eo historico
et gravi momento.**

**At fortuna mutabilis fuit! Nam, post secundam missionem, dirigibilis
collisit improvise contra parietem e glacie.**



Casui supervixerunt, praeter parvam fidelemque catulam Titinam nomine, solum septem homines, inter quos Nobilem ipsum.



Defectis cibariis (id est capsulae socolata crustulisque refertae, et caro cum lardo essiccata, nota ut "pemmican"), superstites, desperatione capti, coacti sunt pabulari sola carne ursorum, quos forte invenissent, partibus dirigibilis iam conflagratas se recalescentes.

Hoc per varios dies, quoad...iuvenis Sarmaticus, signis radiophonicis, forte recepit eorum auxilii petitiones.

**Itaque navis “Krasin”
nomine ad eos servandos
quam primum missa est.**



**Omnibus fuit domum reditus at Nobilis, ob fallacem desertationis
accusationem, iit in exilium voluntarium in Unitas Nationes Americanas.**

**Rediit denique in Italiam in 1945 et, post tres annos, incepit docere leges
alacritatis aeris. Decessit in 1978 at memoria profecto non defecit.**

**Ei dicantur, enim, musaei Lauri, Vinaee Vallis apud lacum Braccianum,
necnon in Russia et Norvegia. Insuper, mirum dictu, in insulis Svalbard ei
titulatur mons e perpetua glacie.**

